Lenticulæ, et Lentes orbiculares albicantes lapideæ ê Gallia prope Auguſtam Sueſſonum Picardiæ occurrentes; ſeu an Ovula, ſeu quaſi Volvæ quorundam marinorum cruſtacea ex utroque latere magis vel minus convexâ cum incluſo Embryone iam quaſi perfecto, vel quodam ſaltem eiuſdem veſtigio in medio lapidis horizontali hærente. Weiſſe frantzöſiſche Bonifaci Pfennige, auſ unterſchidlichen rinden zuſammen gefüget: oder ſteinerne Eÿlein gewüſſer Meer-gewächſen, werinnen die bruot ſelbſten zu zeiten vaſt volckommen anzutreffen, oder wenigiſt ihre anzeigungen.

Lenticulæ minores albicantes craſſiuſculæ ex utroq; latere ſenſibiliter convexæ.

Eædem minimæ, et minus convexæ.

Ruptæ, ut veſtigia Embryonis nondum maturi appareant.

Lentes lapideæ maiores orbiculares et quaſi ex utroq; latere planæ albicantes, aut flaveſcentes.

Una tranſverſim rupta, ut embryo inhærens et quaſi perfectus appareat.

Alia horizontaliter aperta, ut embryo in illa hærens quaſi iam perfecto omnimode appareat.

Matrix albicans, in qua una Lens ſita erat, et mediante aquâ fervente ab ea ſeparata.

Lenticulæ minimæ lapideæ orbiculares ex utroq; latere tantillum convexæ ex albido caſtanei coloris dilutioris politiſſimæ et ſplendentes atque ſtriis pictis vix ſenſibilibus â peripheriâ verſus centrum tendentibus circum circa exornatæ, lapilli Sarcenagenſes dicti ê monte Sarcenage prope Gratianopolim in Delphinatu. Kreütermañ. 210. Opti mi videntur lapilli oculares.

Ruptæ ut veſtigia embryonum appareant.